deinde regibus, interdum contubernia fucis, quorum cellae minumae 11, 26. regias inperatoribus ubi et quales aedificent 11, 29. melle uno alterove summum die cellas replent 11, 29. mel e fronde ac pabulis potum et in utriculo congestum apes ore vomunt 11, 31. ab apibus in eximendo melle non attingitur qui pici arborarii rostrum habet 30, 147 coll. 29, 92. cum sensere eximi mella, avide vorant, cetero praeparcae et prodigas et edaces proturbantes 11, 67. in eximendis favis necessaria dispensatio, quoniam inopia cibi desperant moriunturque aut diffugiunt, contra copia ignaviam adfert ac iam melle, non erithace pascuntur 11, 35. quanta ex hac vindemia pars apibus relinquenda sit *ibid.* nulla mellis parte apibus relicta alvi moriuntur 11, 44. inlitae melle ab adversa parte apes moriuntur 11, 67. — apes tactis a muliere menstrua alvariis fugiunt 7, 64 et 28, 79. apes non fugient alvos, si perunguntur alvi melissophyllo, cuius scopis apium examina facillime continentur 21, 149. apes ut in alvom revertantur facit ex anguium vestigio collectus et iis inspersus pulvis 30, 148. apes ne diffugiant cum mel eximatur, quid faciendum sit 21, 82. — apium sanitas hilaritate et nitore existumatur 11, 64. claron et blapsigonian quosnam vocent apium morbos 11, 64. apes infestat etiam aviditas pastus 11, 66 seq. apibus contra alvom citam quale remedium dandum sit 21, 72. apes progerunt defunctas funerantium more comitantes exsequias 11, 63. — apes in melle mortuae ulcerum labra duriora emolliunt 30, 118, item carbunculos abolent 30, 107. mel, in quo inmortuae sunt apes, utile auribus 29, 143, dysintericis 30, 58, faciei 30, 30, lieni 30, 52, contra mel venenatum 29, 97, oculis 29, 128, vitiis quae e piscium cibo gignuntur 29, 97, torminibus 30, 62, verendorum ulceribus 30, 73, vomicis 30, 50. — cf. *alvaria*, *alvus*, *cera*, *favus*, *mel.*

APISTACUDEM quid vocent 33, 69.

APITAMI gens Arabiae 6, 150.

APIO non alia herba in maiore sententiarum varietate est 20, 113. apii genera 19, 124 et 20, 113—118. apium sexu distinguitur 20, 113 seq. apio non dissimile thyrselinum 25, 141, item silaus herba 26, 88. quando et quomodo seratur 19, 120 et 158. quando erumpat 19, 117. ex vetere semine celerius provenit 19, 118. ap. semel satum pluribus annis provenit 19, 118. fruticat 19, 121. apio in translatione medicina est 19, 183. apio latius sium 22, 84. quomodo crispius fiat 19, 158. colorem mutat *ibid.* odoratum est 21, 38. eius capita et caulem habet zmyrnion 27, 133, eius folia habent anemones quaedam genera 21, 164, item argemonia 25, 102, brassica crispa 20, 79, erynge 22, 19, laserpicium 19, 42, phellandrion 27, 126, precia, vitis genus 14, 29. apio radix una, sed praeterea capillatae 19, 98. apii sapor acutus et odoratus 19, 186. semen nudum 19, 119 et fimo caprino mire provenit 19, 185. fit ex ap. vinum 14, 105. Nemeae certaminis victores eo coronantur 19, 158. defunctorum epulis feralibus dicatum est, ad cibos non admittendum 20, 113. mas cur inter nefastos frutices non damnetur *ibid.* panis rustici inferiorem crustam sapore condit 19, 168. apii rami lactis potionibus per rura innatant et in condimentis peculiarem gratiam habent 20, 112. apio coci de obsoniis eximunt acetum, cellarii odorem in vino gravem in saccis 19, 188. apio recreantur pisces in pi-

cellus Octavia genitus 37, 11. Apollinem Palatinum sculpsit Scopas 36, 25. Apollo Sosianus („Sianus" Palimps.) cedrinus Romae in delubro Seleucia advectus 13, 53. in Apollinis Sosiani templo Romae Niobae liberos morientes incertum Scopas an Praxiteles fecerit 36, 28. Tuscanicus Apollo in bibliotheca templi Augusti quinquaginta pedum a pollice dubium aere mirabilior an pulchritudine 34, 43. in Apollinis aede Romae tragoedus et puer, Aristidis tabula 35, 99. Apollinis sacrificium ad montem Soracten ab Hirporum familiis factum 7, 19. Apollinis templum Uticae memorabile 16, 216. Apollinis Phaestii portus in Locris Ozolis 4, 7. Apollinis urbs in Aegypto 5, 60. Apollinis oppidum apud Megabarros contra Meroen 6, 189. Apollinis promontorium in Mauretania 5, 20, Sardiniae adversum 5, 23 seq. Apollinis Hydreuma in Aegypti desertis 6, 102. Apollinis fons Surius Myris 32, 17. Apollinis sidus cf. *Mercurius.* Apollinem fecit Myron 34, 58, item Telephanes 34, 68, item Calamides caelator 36, 36, item Praxiteles e marmore 36, 23. Apollo eboreus in foro Augusti 7, 183. Apollinis statuam colosseam M. Lucullus ex Apollonia Pontica Romam transtulit 34, 39 (coll. 4, 92). Apollinis signum aureum Pompeius in tertio triumpho Romam transtulit 37, 14. Apollinis simulacrum Sicyoniis e marmore sculpserunt Dipoenus et Scyllis 36, 10. Apollinem diadematum fecit Leochares 34, 79, nudum, qui Philesius dicitur, Canachus 34, 75, sauroctonon aere expressit Praxiteles 34, 70. Apollo citharam tenens in achate Pyrri regis 37, 5. Apollinem sagittis configentem serpentem fecit Pythagoras Rheginus 34, 59. Apollo marmoreus Iovem eboreum coronans in delubro quodam Cyziceno 36, 98. Apollinem et Dianam cum curru et quadriga ex uno lapide sculpsit Lysias 36, 36. Apollinem et Dianam tenens Latona puerpera, Euphranoris opus 34, 77. Apollinem et Dianam pinxit Nicomachus 35, 109. — „Apollo negat pestem posse crescere cui nuda virgo restinguat" dicunt qui verbasco panos sanaturi sunt 26, 93.

APOLLOBECHEN Coptiten magum Democritus illustravit 30, 9.

* APOLLODORUS *Citiensis* medicus citatur 20, 25 (XX). XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. — * *Apollodorus Lemnius* citatur VIII. X. XIV. XV. XVII. XVIII. — * *Apollodorus Tarentinus* medicus citatur XX coll. 20, 25). XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. — * *Apollodorus* qui de bestiis venenatis scripsit, citatur XI (11, 87 sq.) et ut videtur 20, 86. 21, 116. 22, 19 et 31 et 59. 24, 167 (XXIV). XXV. XXVI. XXVII. XXIX. XXX. — * *Apollodorus* qui de odoribus scripsit citatur XII. XIII. — * *Apollodorus* medicus in volumine quo suasit Ptolemaeo regi quae vina biberet 14, 76. — Praeterea citatur * Apollodorus IV. VI. XXXIII. XXXIV. („Apollodoro Pergameno" habet Palimps. in XIV pro „Apollonio Pergameno"). — *Apollodoro* grammatica enitenti Amphictyones Graeciae habuere honorem 7, 123. — *Apollodorus* cognomine insanus, fictor inter cunctos diligentissimus artis 34, 81, philosophos fecit 34, 86. eius statuam fecit Silanion 34, 81. — * *Apollodorus* Atheniensis in pictoribus primus effulsit Olymp. XCIII 35, 60. quid primus instituerit et quae eius tabulae supersint *ibid.* Apollodori in Zeuxim versus 35, 62 (XXXV).

*

num dormiant 10, 209. animalium quae taedium faciunt nulli aquae tantum inest quantum cisternarum 31, 34. medicinae ex aquatilibus XXXI seq.

AQUENSES cognomine Taurini, gens Etruriae 3, 52.

AQUICALDENSES gens Hispaniae 3, 23.

AQUICELOS quos nucleos vocent Taurini 15, 36.

AQUIFOLIA ilicis genus 16, 19. montes amat 16, 73. ab Italis aquifolia vocatur quae alias crataegon 27, 63. aquifolium quando germinet 16, 98. aculeata eius folia 16, 90 seq., quae non decidunt 16, 80. aquifolio quales bacae sint 15, 101. aquifoliae ilici proprium coccum 16, 32. aquifolia arbor in domo aut villa sata veneficia arcet, similemque eius usum Pythagoras indicat 24, 116. aquifolii lamnae praecipuae ad vestiendam aliam materiem 16, 231. ex aquifolio vectes 16, 230. ex aq. baculum emissum per se propius adlabitur 24, 116.

AQUILAE inter aves maxumus honor 10, 6. aquilarum genera sex 10, 6 seq. ab aquilae candidata cauda nomen habet aetitis gemma 37, 187. aquilas omnes nigritudine superat morphnos, magnitudine percnopterus 10, 7, 8. aquilae clarius homine cernunt 10, 191. clarissimam oculorum aciem habet haliaetus 10, 9. aquilae ubi nidificent, quot ova pariant, quot pullos excludant 10, 12. aquilarum quaedam genera non pariunt nisi duos lapides aetitas in nido habent 36, 149. quibus aquilarum generibus inaedificetur nido lapis aetites 10, 12. aquila quot dies incubet 10, 164, quot pullos pariat 10, 165. ex diverso aquilarum coitu haliaeti nascuntur 10, 11. aquilae tertium pullum expellunt taedio nutriendi 10, 12. aquilarum sola fetus suos alit melanaetos, ceterae fugant 10, 6. aquilae partus tempore quales sint 10, 13. aquilae pullum, priusquam albicet cauda, inmusulum quidam dicunt 10, 20. aquila pullos ad contuendum solem experitur 29, 123 coll. 10, 10. adultos pullos cur parens fuget 10, 13. aqu. determinant spatia et in proxumo praedantur 10, 14. quando praedentur 10, 15. rapta non protinus ferunt 10, 14. sola aquilarum percnopterus exanima fert corpora, ceterae cum occidere considunt 10, 8. solus melanaetos sine clangore 10, 6. cum aquilis dissident olores et trochili 10, 203, item cybindes accipitres 10, 24. aquilarum proelia cum cervis et dracone 10, 17. aquilarum ova frangit subis avis 10, 37. draco aquilarum ova consectatur 10, 17. aquilae quomodo oppetant 10, 14. aquilas non habet Rhodus 10, 77. aquilarum pinnae mixtas reliquarum alitum pinnas devorant 10, 15. aquilam umquam fulmine exanimatam negant, unde armigeram Iovis consuetudo iudicavit 10, 15 coll. 2, 146. aquilae legiones Romanas anteibant ex antiquissimis temporibus, sed Marius proprie legionibus Romanis dicavit 10, 16. ubi aquilarum non sit iugum non ferunt legiones castra hiberna esse 10, 16. aquilae in castris festis diebus unguuntur unguentis 13, 23. aquilae in virginem quandam amor 10, 18. aquilae cerebrum morbo regio resistit 30, 94. aquilae cerebrum vel fel visus claritatem restituit 29, 118. aquilae felle inunguuntur oculorum nubeculae et caligationes subfusionesque 29, 123. aquilae pedes lumborum dolori medentur 30, 54. in aquilae nido repertus lapis aetites contra abortum custodit partum 30, 130. aquilae zmaragdis insculptae quam vim tribuant magi 37, 124. aquila Melampodium secantibus fere interest, et si prope advolavit, moriturum illo anno

qui succidat augurium est 25, 50. — aquilam sentientem, quid rapiat in Ganymede et cui ferat, fecit Leochares 34, 79. — *aquilae pisces* non spinam, sed cartilaginem habent 9, 78. — *aquila* in septentrionali parte lactei circuli est 18, 281. aquila quando in Italia exoriatur 18, 283. aquila quando vesperi Italiae exoriatur, quando occidat 18, 288. aquila quando Assyriae vesperi oriatur 18, 255. aquilae occasus quando 8, 187. aquila quando matutino Aegypto occidat 18, 270, quando Atticae 18, 271. aquila quando Atticae et finitimis regionibus vesperi occidat 18, 234. ante eum diem quo aquila exoritur nihil in satis certae spei est 18, 283. ante aquilae exortum vineae putandae non sunt 17, 191. aquilae exortu hiberna germinatio fit 16, 99 coll. 103. ab aquilae occasu ad sagittae occasum Mago laurum seri iubet 17, 131. ad aquilae occasum ab arcturi occasu coitus est pecori 8, 187.

* IULIUS AQUILA qui de Etrusca disciplina scripsit II. XI.

AQUILEIA colonia in decuma Italiae regione XV M p. a mari sita 3, 126. ibi est ubi maxuma latitudo Italiae 3, 132. septumi circuli est 6, 218. ab Aquileia quantum absit Titus flumen 3, 129, quantum Tergeste 3, 127. in Aquileiensi campo Timavos fluvius 2, 225. prope Aquileiam oppidum a M. Claudio Marcello deletum 3, 131.

AQUILEGES aquas subesse credunt ubi nascitur bechion herba 26, 30. — cf. *aqua.*

Apud AQUILIUM Gallum cenans cito mortuus est P. Quintius Scapula 7, 183. C. Aquilius eques Romanus domo sua quam iuris civilis scientia clarior 17, 2. Aquilio duci capto Mithridates rex aurum in os infudit 33, 48.

AQUILO a Graecis boreas appellatus unde flet 2, 119 et 18, 338. ab aquilonis exortu specuque eius dicto haud procul locus, quem γῆς κλεῖθρον appellant, et Arimaspi 7, 10. sq. Africo ex adverso 2, 125. aquilones aestivi et hiberni dissimiles 2, 125. aquilo hibernus quando flet *ibid.*, quando aestivus 2, 123. aquilo nivalis est 2, 126, in Africa nubilus 2, 127. aquilone minores fluctus eduntur quam austro 2, 128. aquilo interdiu vehementior 2, 129. aquilones aestivi quando prodromi appellentur 2, 123, quando etesiae 2, 124 coll. 18, 335. aquilonem quid praenuntiet 18, 339. aquilonem quando aselli indicent 18, 353. aquilo omnium ventorum saluberrimus 2, 127. aquilonis flatu oves mares concipi dicuntur 8, 189 coll. 18, 336. aquilone arbores maxume gaudent 17, 10 seqq. et 17, 18. aquilonis in arbores translatas vis 17, 83 seq. in aquilonem obversas arbores et vites poni suadent (coll. 18, 334), unde et odoratiorem talem fructum fieri dicunt 17, 23. in aquiloniis maior vis herbarum 27, 144. in aquilonem obverti debent cellae vinariae 14, 133. ab aquilone quae genitae sunt spongeae ceteris praeferuntur 31, 124. aquilonis flatus salem copiosum facit nec salis flos fit nisi aquilonibus 31, 85. aquilonem spectare non debent alvaria 21, 80. aquilonem quando timere agricola debeat 18, 334 seq. aquilonis flatus poma deturpat rugis 15, 59. aquilones deterius faciunt nascens nitrum Chalastricum 31, 108. — ab aquilone cum fulguravit, in posterum diem aquam portendit 18, 354. ab aquilone si nubes globatae sole discutiuntur, venti portenduntur 18, 355.

AQUILONII gens Italiae 3, 105.

AQUINATES gens Italiae 3, 116.

corpori cutis, sanguis, caro, nervi, venae, ossa, medullae sunt, pro cute cortex 16, 181. quaenam arbores nec adipem nec carnem largam habeant nec medullam minumumque sanguinis, item quaenam ossa non habeant 16, 183. quaenam arbores osseae totae sint 16, 186. arboribus plerisque post corticem adips sive alburnum 16, 182. arborum caro subest alburno, carni ossa, materiae optumum 16, 182. arborum quaedam lignum corticis loco habent hoc est forinsecus, ligni autem loco fungosam intus medullam, quaedam vero inanitatem 13, 122. arborum quarundam, quibus fungosior intus natura, surculis geniculati scaporum nodi intersaepiunt medullam 17, 152. in arborum quarundam carne pulpae venaeque 16, 185 seq. arborum in caudice differentiae 16, 121 seq. arbores vere alias se quam sunt ostendunt variisque colorum picturis in certamen usque luxuriant 16, 95. arbores nonnumquam colore mutantur, eae maxume quae ex semine nascuntur 17, 242. arborum cortex qualis sit 16, 126. arbores natura cortice interdum gemino a frigoribus et calore tutata est 7, 2. arborum et cortici umor est, qui sanguis earum intellegi debet, non idem omnibus 16, 181. arb. vivaciores sunt quibus corticis umor lentior 16, 181. arboribus in germinatione rumpitur cortex 16, 100. arbores sine foliis natae prodigiosae sunt 17, 241. arborum glandiferarum qualia sint folia 16, 19. arborum aliis decidunt folia, aliae sempiterna coma virent 16, 78 seqq. arborum folia qualia arescant et decidant 16, 82. cur decidere putentur *ibid.* quando decidant 16, 83. ubi non decidant 16, 81. arborum in meridiem spectantium folia prius quam reliquarum decidunt 17, 23. arborum quas fert Tylos insula nulli folia decidunt 12, 40. arboribus, quae semper retinent comas, non eadem folia durant, nam subnascentibus aliis arescunt vetera, quod evenit circa solstitia maxume 16, 84. arborum folia nonnumquam inarescunt eademque reviviscunt 17, 233. quibus arboribus folia post solstitium circumagantur 16, 87 et 18, 265. arboribus, quarum pediculi foliorum longi, levis umbra est 17, 91. arborum frondem ne quod animal pastu decerpat, fimo boum diluto spargi folia iubent 17, 267. arbores in quanam parte fructus ferant 16, 112 seq. et 116. quae arbores glandes ferant 16, 19. arbores glandiferae etiam gallam ferunt 16, 26. glandem ferunt alternis annis 16, 26. quae arbores odore praecellant, et aeternitate praestent 16, 217. arborum magna est radicum differentia 16, 126. arborum silvestrium multarum radices capillamentis sunt hirsutae, e quibus montani lagenas et alia vasa nectunt 16, 128. ex arborum multarum radicibus pullulat suboles densa, quam mater plerumque necat umbra sua 17, 65. arbores radicum brevitate celerius senescere quidam putant 16, 130. arborum radices vetustate minui putant 16, 130. arborum radices luna plena operito 18, 322. arborum radices procul a cellis vinariis esse debent 14, 133. arborum in ramis differentia 16, 122 seqq. in arboribus stolo quid vocetur 17, 7. in arborum surculis oculi qui proprie vocentur 17, 154. arborum stillicidium quale sit 17, 89 et 92. arborum umbra alia aliarum 17, 88 seq. arbores umbrae gratia ex alieno petitae orbe 12, 6. in arboribus quae partes robustiores, quae deteriores sint 16, 196. arborum partes terrae proxumae crassiores sunt 16, 125. arborum pars media crispior et quo propior radici

minoribus magisque flexilibus maculis 16, 231. quae arbores in longitudinem excrescant 16, 125. arb. quaedam altissimae 16, 200 seq. arb. in India summae proceritatis 7, 21. arbores circa Memphim tam vastae, ut terni non quirent circumplecti 13, 65. arbores procerae in quo nitent solum non utique laetum est 17, 26. arbores non omnes in omnibus locis nascuntur 16, 134, inprimis propter caelum 16, 136. arbores memorabiles in Atlante monte 5, 14, item in India, Ariana aliisque terris 12, 21 seqq. quaenam arbores aquas oderint, quaenam non nisi in aquosis proveniant 16, 76 seq. in arbores quam vim habeat maris, fluminum stagnorumque vicinitas 17, 18 et 24. arbores etiam in mari nascuntur 13, 135. in arbores non ubique eandem vim habet terrae ratio 17, 25 seq. in arbores aquilonis, austri, frigoris vis 17, 10 seqq. arborum manu satarum inque domos receptarum sola laurus fulmine non icitur 15, 134. quae arbores frigidis locis gaudeant 16, 74. arboribus mediterraneae et montuosae regiones utiliores quam maritimae et planae 17, 18. quae arbores montes ament, quae montes et valles aut plana 16, 73 seq. arbores quae montibus planisque communes sunt maiores fiunt pulchrioresque in campestribus, meliores materie crispioresque in montibus exceptis malis pirisque 16, 77. in arbores imbrium vis 16, 143 et 17, 10 seqq. arboribus non eodem singulis tempore imbres utiles 17, 17. arbores quas naturae debemus tribus modis nascuntur 16, 134. arbores existunt ex semine aquis allato 16, 143. arbores quaedam nasci nisi sponte nullo modo possunt 17, 120. arboribus uterque sexus est 13, 30 et 16, 111 coll. 16, 47, 49. utrae ferant, utrae non ferant 16, 111. arbores quando concipiant 16, 94. arb. pariunt cum florent *ibid.* arbores quaedam generationem non continuant, sed intermittunt 16, 100. arboribus quibusdam germinationes plures 16, 98 seq. et 101. nimia germinatio elassescit 16, 98. arborum in germinationis tempore magna differentia est 16, 97 seq. arbores quaedam statim in germinatione florent properantque in eo, sed tarde maturescunt 16, 102. arbores quae hieme aquila exoriente concipiunt, quando floreant 16, 103. quot dies deflorescant 16, 104. quando defloruerint *ibid.* arbores quae cummim gignunt post germinationem aperiuntur 16, 108. arboribus quae non florent partus tantum et maturitas est 16, 101. arborum abortus sunt 12, 13. arbores quaedam natura tarde crescunt et inprimis semine tantum nascentes et longo aevo durantes, sed quae cito occidunt veloces sunt 17, 95. arbores celerius adulescunt stolonibus ablatis 17, 95. arbores subaratae ocius senescunt, silvestres tardissime 16, 119. arboribus cura fertilitatem adicit, fertilitas senectam 16, 119. arbores sativae quot modis proveniant 17, 58. quaedam pluribus generibus seruntur, quaedam omnibus *ibid.* quaedam nisi e semine non proveniunt 17, 59. arbores quaedam quae semine nascuntur tardae sunt proventu ac degenerantes et insito restituendae 17, 59, aliae non degenerant, quoquo modo seruntur 17, 60. arbores per propagines sive viviradices plantare quomodo natura docuerit 17, 96. quae arbores propagentur 17, 97. propaginum duo genera 17, 97 seq. arbores quaedam seruntur ramis defractis 17, 123. arborum abscisi surculi primum saepis causa, mox et culturae sati sunt 17, 68. nascuntur surculi etiam qui-

ARDEA quomodo tempestatem nuntiet 18, 363. — cf. *ardeola.*

ARDEA urbs Latii 3, 56. Ardeae exstant picturae urbe Roma antiquiores 35, 17. Ardeatis templi pictor civitate ibi donatus est et carmine, quod est in ipsa pictura 35, 115.

ARDEOLAE, quarum tria genera, aegre coeunt aegreque pariunt 10, 164. ardeolarum genus, quos leucos vocant, altero oculo carere tradunt et optumi nonnumquam esse augurii 11, 140. ardeolae et cornices amici sunt 10, 207. ardeolae et sorices invicem fetibus insidiantur 10, 204. ardeolae rostrum somnos adlicit 30, 140. — cf. *ardea.*

ARDORES refrigerat aizoum 26, 32, aqua mulsa 22, 110, chamaedaphnae semen 24, 132, coriandrum 20, 217, cotyledon 26, 32, labrusca 14, 99, psyllion 26, 32.

AREA quando et quomodo ad messem praeparanda sit 18, 295. areae terendis messibus cur subigendae sint 15, 33. areae ad domos exaedificandas publice decernebantur inperatoribus invictis 36, 112. area a foro sublata est quo tempore ibi Iulius Caesar novissime gladiatorium munus edidit 15, 78.

AREATAE gens quae alias Arraei Sarmatae 4, 41.

ARECOMICI populus Galliae 3, 37.

AREISA Armeniae maioris lacus mirabilis 2, 226 (cf. comm.).

ARELATE urbs Galliae 3, 36. in Arelatensi agro taurus avis 10, 116. Arelatensis equitis Romani filius fuit Pompeius Paulinus 33, 143.

ARELLIUS Fuscus motus equestri ordine ob insignem calumniam cum celebritatem adsectarentur adulescentium scholae, argenteos anulos habuit 33, 152.

AREMORICA olim dicta Aquitanica 4, 105.

ARENE urbs Messeniae 4, 15.

ARENI Arabiae gens 6, 157.

In AREOPAGO capitis iudicium primum actum est 7, 200. Areopagitas et iudicium Orestis in duobus scyphis caelavit Zopyrus 33, 156.

ARESCON Argivus olim femina fuit, *Arescusa* appellata 7, 36.

ARETHUSA fons Boeotiae 4, 25, item Euboeae 4, 64, item prope Syracusas 3, 89, quae fimum redolet per Olympia 31, 55, et in qua redduntur iacta in Alpheum 2, 225. *Arethusa* urbs Macedoniae 4, 38, item urbs Graeca in Arabia 6, 159. in *Arethusam* lacum mirabilem Tigris influit 6, 127.

ARETHUSII gens Macedoniae 4, 35, item Syriae 5, 82.

ARETIUM, cf. *Arretium.*

AREUS amnis Bithyniae 5, 148.

AREVA flumen Hispaniae 3, 27.

AREVACI Celtiberi gens Hispaniae 3, 19 et 27. per Arevacos labitur Durius amnis 4, 112.

Sub ARGAEO monte Mazaca Cappadociae urbs 6, 8.

ARGANTHONIUS Gaditanus Tartesiorum rex LXXX annos regnavit a quadragesimo incipiens, CL annos vixit 7, 154 et 156.

ARGARIS mons Palaestinae 5, 68.

ARGEICA vitis (*arceraca* Palimps. cf. Sillig.) Vergilio argitis dicta qualis sit 14, 35.

ARGEMA rubens oculorum discutit anagallis 25, 144. contra argema valent fel caprinum 28, 171, cepa 20, 40, hormini semen 22, 159, hyaenae fel 28, 95, lactucae sucus 20, 61, loti herbae folia 22, 55. argema iumentorum sanat ceratitis 20, 206. — cf. *oculi.*

ARGEMON herbam Minervam re-

ARRENOGONON herbam Graeci cognominant satyrion 26, 99. semen eius simile testibus *ibid.* (cf. *arsenogonon*).

Infra ARRETIUM Italia nobilitatem habet a vasis terrenis 35, 160. Aretii (sic) murus latericius est 35, 173. Arretii nascitur perpressa 26, 87. Arretina siligo 18, 87. Arretio peculiares vites 14, 36. apud Arretinos ortus Tiberis fluminis 3, 53. Arretini veteres, Fidentes, Iulienses 3, 52. Arretinus Glanis 3, 54.

ARROTREBAE gens Hispaniae Tarraconensis 4, 111. Arrotrebae gens ante Celticum promontorium a nonnullis conmutata cum Artabrum gente quae numquam fuit 4, 114. ante Arrotrebarum promontorium insulae Deorum sex 4, 119.

ARRUGIAM quid vocent 33, 70. aurum arrugia quaesitum non coquitur, sed statim suum est 33, 77.

ARRUNTIUS medicus quantam mercedem annuam habuerit 29, 7, item quem censum habuerit 29, 8. — ✻ *Arruntius* III. V. VI.

ARTES liberales dictae a maxumo bono in contrarium cecidere ac servitute sola profici coeptum 14, 5. artes desidia perdidit 35, 5. artium inscripserunt libris suis Romani quidam *praef.* 24.

ARSA Hispaniae urbs 3, 14.

ARSACE Parthorum urbs 6, 113.

ARSAGALITAE Indiae gens 6, 78.

ARSAMOSATA Armeniae maioris urbs 6, 26.

ARSANIAS flumen Tigri maxume vicinum in Euphraten mergitur 6, 128 coll. 5, 84.

ARSANUM amnem Euphrates accipit 5, 84.

ARSENA quidam vocant mandragoram album 25, 148.

ARSENARIA Latinorum oppidum Mauretaniae 5, 19.

ARSENOGONON herba qualis sit 26, 162. eius potu mares generari creduntur *ibid.* — cf. *arrenogonon.*

ARSI Arabiae gens 6, 155.

ARSIA amnis Italiae 3, 44 et 132, qui nunc finis Italiae 3, 129. ab eo Drinius amnis quantum absit 3, 150. Arsiae flumini gens Liburnorum iungitur 3, 139.

ARSILACHITAE gens in Taurica 4, 85.

ARSINOAE sorori Ptolemaeus rex fieri iusserat templum Alexandriae, quod Timochares magnete lapide concamarare inchoavit, sed intercessit regis et artificis mors 34, 148 (cf. *Arsinoeum*). Arsinoae Ptolemaei Philadelphi uxori facta statua e topazo in delubro, quod aureum cognominabatur 37, 108. — *Arsinoe* urbs Aegypti 5, 61 (cf. *Arsinoites*). Arsinoe in sinu Carandra condita a Ptolemaeo Philadelpho sororis nomine 6, 167. Arsinoe rubri maris oppidum quantum absit a Pelusio 5, 65. Arsinoe urbs Ciliciae 5, 92, item Cypri 5, 130, item Cyrenaicae 5, 31 seq.

In ARSINOEO Ptolemaeus Philadelphus obeliscum statuit munus amoris in coniuge eademque sorore Arsinoe 36, 68 (cf. *Arsinoe*).

ARSINOITAE nomi duo Aegypti 5, 50. in Arsinoite nomo pyramides 36, 75 coll. 5, 61. inter Arsinoiten ac Memphiten nomos Aegypti lacus Moeridis 5, 50. — *Arsinoiticae* cotes ex aqua maxume pollent 36, 165.

ARTABATITAE Aethiopum gens 6, 195.

ARTABRUM promontorium, quo longissime frons Hispaniae procurrit, quantum distet a Gadibus 2, 242, quantum a Pyrenaeo 4, 114. alii Olisiponense dicunt finitque Hispaniae latus

Potnias pasti inflammantur ra-
i, 94. asinus vomerem trahit in
ae Byzacio 17, 41. asinorum cor-
exanimato scarabaci reparari
dicuntur 11, 70. asininum fimum
brassica 19, 138. asininum fimum
m ad emendandum agrum omni-
raeferunt 17, 54. ex asini ossi-
unt tibiae ludicrae canorae 11,
it 16, 172. asini sebum psilotri
iabet 28, 250. asino si quis in
i dicat a scorpione se percussum
statim transire malum adfirmant
55. asini pellis iniecta infantes
idos facit 28, 258. asinarum vi-
coitu in ellychniis accensum asi-
a capitum usus repraesentare
r 28, 181. ex asini potu quae
a est aqua capitis dolorem se-
dicitur 28, 166. ex asini *auris*
sanguinis gutta febrim amphe-
on arcere dicitur 28, 228. asini
phthisicis prosunt 28, 230, *ce-*
s comitialibus 28, 225, item *cor*
ri maris *ibid.* *dens* sistit dentes
es 28, 180. *fimum* auribus prod-
, 174, sanguinis profluvia mulie-
sedat 28, 251. pulli fimum, quam
m (cf. 28, 204) Syri vocant, efficax
morbis 28, 200, item regio mor-
ii adversatur etiam pulli sanguis
!7. fimi cinis dysintericis et coe-
medetur 28, 204, inlinitur pitui-
:uptionibus 28, 233, sanguinem
18, 239, profluvia sanguinis mu-
is sedat et volvae prodest 28,
isini *genitale* coitum stimulat 28,
eius cinere spissantur capilli et
itie vindicantur 28, 164. *iocur* a
s comitialibus aliisque infantes
28, 258. asinarum *lac* efficacissi-
28, 123, multusque eius est usus,
scenti utendum aut non multo
i tepefacto, nullum enim celerius
scit 28, 158. antiqui pueris da-
si exitus cibi rosiones senserunt
28, 129. contra alvom duram in febri
bibitur et atrophis datur 28, 129. cu-
tem erugat et teneram facit, unde pro-
batum mulieribus 28, 183. dentes si-
stit 28, 180, dysintericis et coeliacis
medetur 28, 204, item faucibus exul-
ceratis 28, 129, podagrae et chiragrae
28, 125, mulierum purgationes adiu-
vat 28, 250, stomachum exulceratum
reficit 28, 196, suspiriosis efficax est
28, 197, tenesmos tollit 28, 211, ubera
dolentia mulcet 28, 250, venena re-
stinguit 28, 158 coll. 129. praeterea
cf. de lactis asinini usu in med. 20,
193. 22, 112. 26, 33. 28, 225. 30, 87.
32, 53, 103, 112. *lichen* lethargicos
excitat 28, 230. *lien* sedat lienem 28,
200, mammis abundantiam facit et
suffitu corrigit volvas 28, 251. *me-*
dullae scabiem hominis abolent 28,
244. *ossa* contra leporis marini ve-
nenum dantur 28, 159. *partus* mem-
brana comitialibus prodest 28, 225.
de *pellis* usu cf. 30, 140. *pulmone*
accenso venenata omnia fugere dicun-
tur 28, 155. *renes* vesicae medentur
28, 213, et urinae incontinentiam co-
hibent 28, 215. *sanguis* comitialibus
prodest 28, 225 coll. 227. *sebum* cica-
trices nigras ad colorem reducit 28,
187 et 245, item licheni et lepris colo-
rem reddit 28, 187, coitum stimulat
28, 261, volvarum exulcerationes et
duritias sanat 28, 250. *testis* comitiali-
bus prodest 28, 225, dexter coitum
stimulat 28, 261. *urina* apostematis
utilis 28, 217, lepris ac furfuribus 28,
186. urinae lutum verrucas pedum
aufert 28, 223. urina cum luto suo sa-
nat calciamentorum in pedibus attri-
tum 28, 222. scabiem hominis abolet
28, 244. pulli urina sideratis prodest
28, 226, capillos densat 28, 164. *un-*
gularum cinis comitialibus prodest 28,
225, oculorum cicatrices et albugines
tollit 28, 167, strumas discutit 28, 191,

earum veneno tabifica vis non inest, itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt *ibid.* aspidum pernicie ocior pernicies ranae rubetae 25, 123. ab aspide non interficiuntur gallinae quo die cimices ederunt 29, 61. aspidum somnifica vis cimicibus vincitur 29, 63. aspidum naturae halicacabum adversatur 21, 182. aspidis cuiusdam in Aegypto pietas 10, 208. aspidas fugat et inebriat aron 24, 148, mitigat polium 21, 147. contra a. valere acetum quomodo intellectum sit 23, 56. contra a. morsus valet anesum 20, 195, cimices 29, 61 seq., clematitis Aegyptia 24, 141, gallinarum caro 29, 61, hyoscyamus 25, 104, ictidum fel 29, 60, lupini amari 22, 154, urina testudinis 32, 34, ipsorum percussorum urina 29, 65. contra salivas aspidum quas ptyadas vocant, valet urina puerorum inpubium 28, 65. contra aspidas non valet bryae semen 24, 71, nec theriace Antiochi magni 20, 264. — ex aspidibus medicinae 29, 65. cute Parthi quartanis medentur 30, 103, cinis prodest strumis 30, 37, membrana et adips oculis iumentorum 29, 119. — cf. *anguis*, *serpens*.

ASPISATIDIS gemmae duo genera ubi nascantur, quales sint et quem usum habeant in medicina 37, 146.

ASPLEDON urbs Boeotiae 4, 26.

ASPLENON sive hemionion qualis herba sit et cuius usus in medicina 27, 34.

ASPRENATI reo Cassius Severus accusator obiciebat interisse convivas CXXX veneno quod in aliqua eius patina fuerit 35, 164. Asprenatum consularis domus fratres duo quomodo colo liberati sint 30, 63.

ASSABINUM deum barbari vocant cui cinnamomum messuri sacra faciunt 12, 89.

ASSERIATES gens Italiae 3, 130.

ASSESIATES gens Illyrici 3, 139.

ASSOI Indiae gens 6, 78.

ASSORINI gens Siciliae 3, 91.

ASSOS Aeolidis urbs 5, 123. circa A. Troadis lapis sarcophagus nascitur 2, 210 et 36, 131. Assius lapis et flos eius quales sint et quem usum habeant in medicina 36, 132 seq. coll. 28, 96. in Asso quoque sarda gemma invenitur 37, 105.

ASSURITANUM oppidum in Africa proprie dicta 5, 29.

ASSYRIA dicta quae nunc Adiabene 5, 66. Assyriorum initium Adiabene 6, 41. Assyriae pars Babylonia vocata 6, 121. ab Assyria quantum absit Chalonitis regio 6, 131. ab Assyriis originem trahit praefectura Mesopotamiae 5, 86. Assyriae quando aquila vesperi oriatur 18, 255. quando Orionis zona 18, 268, quando Orion totus abscondatur, quando eius canis 18, 248, quando procyon oriatur 18, 269, quando sagitta occidat et etesiae desinant 18, 310, quando suculae vesperi occidant 18, 247, quando vindemitor mane oriatur 18, 309, quando spica virginis 18, 311. in A. proveniunt bombyces 11, 75. Assyria bombyce adhuc feminis cedimus 11, 78. Assyria malus alibi non fert 16, 135. Assyrium tantum malum Vergilius memorat ceteris neglectis 14, 7 (cf. *malus*). in Assyriae Seleucia palmae fructus cur servari nequeant 13, 49. in Assyria palma qualis sit, quando transferatur et quomodo colatur 13, 36 seq. coll. 13, 28. Assyria palmis sterilibus ad materias operumque lautiora utitur 13, 39. Assyrii vicatim dispersi praeter Babyloniam et Ninum 6, 117. Assyrii cur Euphraten Narmalchan nominent 6, 120. Assyriorum deo sacrata gemma quae Beli oculus vocatur 37, 149. eumitren Beli

gravi periculo exemptus 29, 6, et quidem lactuca, quam C. Aemilius ei negaverat 19, 128. A. in tontendo cultris semper usus est 7, 211. Augusto a Caesare cohaeres datus Q. Pedius 35, 21. Augusto cum pacta esset Livia, quale miraculum factum sit 15, 136. A. et Livia exemplo sunt, interdum inter se steriles gignere ubi cum aliis iunxere 7, 57. Augusti filius Gaius Caesar 6, 160. 9, 118. 12, 55, neptis Iulia 7, 75. Augusti filiae et neptis adulteria 7, 149. Augustus quo excessit anno neptis suae nepotem vidit genitum, M. Silanum 7, 58. A. non tam felix fuit quam putatur fuisse 7, 147 seq. Augusto ignorante M. Agrippa contra pedum morbum aceto usus est 23, 58. Augusti amicus C. Matius 12, 13, item Sallustius 34, 3. A. hospes Pollionis Romilii 22, 114. Augusti liberalitas in L. Tarium Rufum 18, 37. Augusti familiaritate subnixus Gaius Proculeius 36, 183. Augusti praegrave Marco Agrippae servitium 7, 45. A. admonitus in quiete Ephesiis Apollinem, Myronis opus, restituit ab Antonio sublatum 34, 58. Augustus e crure statuae Anaitidis coenans 33, 83. A. triumphans qua lauro usus sit 15, 137. Augustus initio sphinge, postea Alexandri magni imagine signabat 37, 9 seq. Augusti forum inter pulcherrima opera est quae umquam vidit orbis 36, 102. in forum Augusti materies quando caesa fuerit 16, 191. in Augusti foro Apollo eboreus 7, 183. Augustus quas tabulas in foro suo (cf. 35, 93 seq.), in templo Caesaris (cf. 35, 91), in curia, quam in comitio consecrabat, publice proposuerit 35, 27 seq. A. in palatio super arcum honori Octavii patris in aedicula dicavit Lysiae opus marmoreum 36, 36. A. obeliscum in Circo magno statuit, alium in Campo Martio, cui addidit mirabilem usum ad deprendendas solis umbras dierumque ac noctium magnitudines 36, 71 seq. A. Ianum marmoreum dicavit in Iani templo 36, 28. A. Caesari simulacrum in foro consecravit 2, 94. A. quid Scipionis Aemiliani statuae subscripserit 22, 13. A. in templo Concordiae obsianos quattuor elephantos dicavit 36, 196. A. Polycratis gemmam illam celebrem cornu aureo inclusam dicavit in Concordiae templo 37, 4. A. equo tumulum fecit 8, 155. A. porticum ex destinatione et conmentariis M. Agrippae a sorore eius inchoatam peregit 3, 17. A. Puteolis navalibus dicavit navem quae obeliscum ex Aegypto advexerat 36, 70. A. Hyacinthum, Niciae picturam, secum deportavit Alexandria capta 35, 131. A. conprobavit quod Messala orator Q. Pedium picturam docendam censuit 35, 21. Augusti auspiciis navigatus oceanus septentrionalis 2, 167. A. pantheras Romam misit primusque tigrim Romae ostendit dedicatione theatri Marcelli 8, 64 seq. Augusto nuntiatum de Nereidibus in Galliae litore 9, 9. Augusto procurator Byzacii campi ex uno tritici grano misit CCCC germina 18, 94. ad A. de medicina scripsit C. Valgius 25, 4. A. carmina Vergilii cremari vetuit 7, 114. * Augusti epistolae citantur 18, 94 et 139. 21, 9. praeterea A. citatur 2, 24 et 93 seq. 3, 17 (III). IV. pro Augusti salute ludi votivi 7, 158. A. a senatu corona obsidionali donatus 22, 13. divo Augusto palatii templum fecit coniux Augusta postea incendio consumptum 12, 94. in Augusti templo Hyacinthum, Niciae tabulam, dicavit Tiberius Caesar 35, 131. in A. templi bibliotheca Apollo Tuscanicus 34, 43. Augusto dicatae Sestianae arae in Hispania 4, 111. Augusti adu-

e punico 23, 109, testudinum fel 32, 37 seq., urina puerorum inpubium 28, 65. auribus suppuratis prodest lanae cinis 29, 33. aurium *ulcera* sanat cancrorum fluviatilium sucus 32, 137, garum 31, 97, oesypum 29, 37, vermes rubri ex arboribus 29, 135. aurium *volneribus* prodest cancrorum fluviatilium sucus 32, 78. in auribus rupta sanat lac muliebre 28, 173, item vermes rubri ex arboribus 29, 135. aurium sonos incertos sive tinnitus sive murmura discutit amygdalinum oleum 23, 85, beta 20, 69, lac muliebre 28, 75, nitrum, quod et sordes erodit 31, 117, styrax 24, 24. aures purgat fel pecudis 29, 133. auribus inutilis lanugo foliorum platani 24, 45. — cf. *auriculae, oriculae, parotides.*

AURUM 33, 4 seqq. auri metalla et flaturam Cadmus invenit, alii alios nominant 7, 197. auro vix decumus est in pretio rerum locus 37, 205. aurum caelando carius fecimus 33, 4. ante aurum paene pretium aeri Corinthio 34, 1. aurum famae sacrum, proscissum conviciis ab optumis quibusque et ad perniciem vitae repertum 33, 6. auri fames apud Romanos 33, 48. auro unde gratia sit 33, 58 seqq. aurum solis mortalium in odio Babytacenis 6, 133. auri soli avium monedulae furacitas est 10, 77. aurum vincitur argento colore clariore 33, 58. auri bonitatem non robigo, non aerugo infestat 33, 62. a. nihil igne deperit, ne in incendiis rogisque quidem, immo quo saepius arsit, proficit ad bonitatem 33, 59. auro constantia est contra salis et aceti sucos 33, 63. auro non aliud metallum laxius dilatatur aut numerosius dividitur 33, 61 (bratteae et striges varii nominis *ibid.*). aurum usus minume deterit 33, 60. a. quo mollius, eo pulchrius 33, 98. a. quomodo virus rebus trahat 33, 84. aurum solum in se trahit argentum vivom 33, 99. aurum quod in altissimos puteos decidit, echeneis, in sale quae adservata fuit, extrahit admota 9, 80. auro superlato vis malefica, gallinarum quoque et pecuariorum feturis 33, 84. auro liquescenti si gallinarum membra miscentur, consumunt id in se 29, 80. auri iam olim in terris magna copia fuit 33, 51. aurum e terrae cavernis egerunt Indicae formicae 11, 111. auri fertilissima regio inter rubrum mare et Napatam 6, 189, item Dardae et Setae, Indiae gentes 6, 67. auri fertilior Taprobane quam India 6, 81. auriferis harenis celebratur Tagus 4, 115. quantam auri vim quotannis Asturia, Gallaecia, Lusitania praestent 33, 78. auraria metalla Lampsaci 37, 193. auri metallis Italia nullis olim cessit terris 37, 202. a. in nostro orbe quot modis inveniatur et quaeratur 33, 66 seqq. auri quantum insit venae cuidam experimentum fit coticula 33, 126. auri massae in arrugiis et puteis subinde inveniuntur denas excedentes libras, quas palagas, alii palacurnas vocant, contra minutum vocant balucem 33, 77. quale a. talutium, quale canalicium sive canaliense vocetur 33, 68, quale electrum 33, 80. a. solum in massa aut ramento capitur, cetera in metallis reperta igni perficiuntur 33, 62. a. in arrugia quaesitum non coquitur, sed statim suum est 33, 77. aurum nullum absolutius est quam quod fluminis ramentis invenitur 33, 66. a. ex auripigmento fecit Gaius princeps 33, 79. a. marmoris glareae aut gemmis inhaerens 33, 68 coll. 37, 55 seq. et 119. auro omni inest argentum vario pondere 33, 80. a. et chrysocolla iuxta eruuntur 33, 4. per auri venam in puteis defluit chrysocolla 33, 86. auraria chrysocolla

B.

cur ficticium appellari nequeat et quem usum habeat in medicina 23, 53.

BIPES solum terrestrium animalium homo est 11, 243. bipedum solus homo animal gignit 10, 171.

BIREMEM Erythraei primi fecerunt 7, 207.

BISALTAE gens Macedoniae 4, 38 et 40.

BISAMBRITAE Indiae gens 6, 78.

BISANTHE oppidum Thraciae 4, 43.

BISGARGITANI gens Hispaniae 3, 23.

BISONTES iubatos Germania gignit 8, 38. bisontes Graeci in medicinae experimentis non habuerunt 28, 159.

BISTONUM gens et stagnum in Thracia 4, 42.

BISULCA animalia fere sunt cornigera 11, 255 coll. 11, 128. bisulcorum mammae 11, 233. bis. talos habent 11, 254. e bisulcis sues omni cibatu et radicibus aluntur 10, 199. bisulca animalia adipe pinguescunt 11, 212. — cf. *animalia.*

* BITHUS Durrachenus 28, 82 (XXVIII).

BITHYAE feminae effascinantes in Scythia 7, 17.

BITHYNIAE descriptio 5, 143 seqq. et 148 seq. Bithyni Bospori Thracii interiora tenent, Thyni oram 5, 150. Bithyniam barbari vocant Thyniam insulam 5, 151. B. et Galatiam Hieras flumen disterminat 5, 149, B. et Asiam Rhyndacus 5, 142. Bithyniae avolsa mari insula Besbicus 2, 204. in B. Holcas amnis, qui Bryazum (hoc et templo et deo nomen) adluit, periurii homines convincit 31, 23. Bithyni cur Halizones vocati sint 5, 143. Bithynus caseus laudatur 11, 241, item e Bithynia materies 16, 197. e B. suilli veniunt, quorum usus est in medicina 22, 98. Bithynorum rex Prusias 7, 70, item Nicomedes 8, 144. Bithynus fuit Pythius 33, 137.

BITHYNION urbs Bithyniae 5, 149.

BITUMINIS natura qualis sit et ubi maxume inveniatur 35, 178. bitumen in lacu Iudaeae qui vocatur Asphaltitae certo tempore anni supernatans et ad omnem contactum adhaerens quomodo avellendum sit 7, 65 coll. 28, 80. bitumen perficiunt Deximontani 6, 99. bitumen e Nymphaei vertice eiectum 2, 238. bituminis mixturam fontes quidam habent 31, 5. bituminis fons prope Orambin Aethiopum oppidum 6, 179. bitumini mixta naturaliter pix invenitur in Apolloniatarum agro 24, 41. bitumen liquidum pissasphalton vocant 35, 178 coll. 24, 41. bitumen ex betulla Galliae excocunt 16, 75. bituminis generibus iniuria quidam adscribunt naphtham 35, 179. bit. similis in Ponto mastiche gignitur 14, 128. bitumini similis ampelitis terra 35, 194. bituminis quae probatio sit, quomodo adulteretur et quae vis sit 35, 180. bituminis usus in vinea 17, 264. aeramenta et aes bitumine tinguuntur, statuae eo inlinuntur (coll. 34, 15), item calcis usum praebuit Babylone 35, 182. b. in ferrariis fabrorum officinis placet tinguendo ferro, clavorum capitibus et multis aliis usibus 35, 182, Babylonii in lucernis utuntur 31, 82, item Agragentini 35, 179. bituminis usus in medicina 35, 180 seqq. coll. 20, 140. 22, 47. 30, 106. 35, 179. *bituminata aqua*, cf. *aqua.*

BITURIGES gens Aquitanicae 4, 109. Bituriges cognomine Vivisci ibidem gens 4, 108. Biturigiaca vitis qualis sit 14, 27. Biturigum gloria est plumbum nigrum incoquere aereis

statem nuntient 18, 364. bubula caro apostematis utilis 28, 217 seq. bubula caro inponitur luxatis 28, 234, item contra hominum morsus valet 28, 156, item stomachi rosiones emendat 28, 196, item verendorum vitia serpentia sanat 28, 214. bubuli corii cinis phagedaenis prodest 28, 242. bubuli cornus cinis tussim emendat 28, 193, item eius mucro exustus phthisicis prodesse dicitur 28, 230. bovis fel apostematis utilis 28, 217 seq., auribus prodest 28, 173, 176, verendorum vitia serpentia sanat 28, 214, volvam induratam aperit 28, 252. praeterea de bubuli fellis usu in medicina cf. 20, 125. 29, 137. 32, 38. bubulum fel Lycium medicamentum adulterat 12, 31 et 24, 125. bovis fimo tolluntur boae 28, 244. bubulum fimum plurumum proficit in corporis duritiis quas erumpere opus est 28, 234. secundum magos eius cinis contra febres valet 28, 229, idem hydropicis auxiliatur 28, 232. bubulum fimum igni sacro inlinitur 28, 233, item ischiadico a magis 28, 199. bovis pabulo viridi pasti fimum phthisicis medetur 28, 230. bovis fimum podagris medetur 28, 219, strumas discutit 28, 191. recentia volnera non sinit intumescere 28, 242. bovis maris fimum volvas procidentes reprimit, partus adiuvat 28, 253. bubulum lac medicatius est reliquis et alvom solvit 28, 124. b. lacte iuvantur arteriae exulceratae et tonsillae 28, 189. b. lac dysintericis medetur 28, 205. b. lacte expugnantur venena 28, 160, colchicon, cicuta, dorycnium, lepus marinus 28, 129. b. lactis potu conceptus adiuvatur 28, 253. b. lac utile ad intestinorum rosiones 28, 128. b. lac in Arcadia bibunt phthisici, syntectici, cachectae 28, 125. b. lac stomachum exulceratum reficit 28, 196, tenesmos tollit 28, 211. bubuli lactis serum orthopnoicis prodest, item oculis 28, 130. praeterea de bubuli lactis usu in medicina cf. 31, 120. bubulo caseo iidem effectus qui equino 28, 131. bubulus lien inlinitur infantibus ad dolores lienis (cui praesentaneo remedio est 28, 200) et ad ulcera manantia 28, 258. bovis medulla coeliacis et dysintericis prodest 28, 206, item oculorum pilis et palpebrarum vitiis occurrit, item angulorum oculi vitiis 28, 168. bovis e partu madida membrana tolluntur ulcera in facie 28, 183. bubulus sanguis valet contra apostemata 28, 217 seq., item contra canum scabiem 28, 244, prodest sanguinem reicientibus 28, 195. bubulum sebum prodest auribus 28, 174, cervicis rigoribus 28, 192, coeliacis et dysintericis 28, 206, furunculis 28, 234, oculorum epiphoris 28, 167, oris ulceribus et rimis 28, 185, pedum clavis 28, 222, strumis 28, 192, venenis quae exulceratione enecant 28, 160, verendorum ulceribus manantibus 28, 214. praeterea cf. 31, 101. bubulus talus labantes dentes confirmat fitque ex eius cinere dentifricium 28, 179. bubuli tali cinis ambustis prodest 28, 235. bovis ungulae cinis strumas discutit 28, 191. boum urina apibus medicina 21, 72. bovis castrati urinae mixtus bryae cinis venerem finit 24, 72. bovis vesica contra lienis dolores valet 28, 200. e bove silvestri nigro ricini quomodo veneris taedium faciant mulieribus 28, 256. e bovis potu quae relicta est aqua capitis dolorem sanare dicitur 28, 166. — bovem et aratrum Buzyges invenit 7, 199. bovem primus occidit Prometheus 7, 209. boum causa ludos celebrantes Bubetios vocabant 18, 12. bovem indicere multam non licebat nisi ove indicta multa 18, 11. boum effigie aes signavit primus Servius rex 18,

dicina qualis vis et usus sit et quomodo praeparetur 29, 95. inlita lichenas tollit 30, 30. — *buprestim* herbam in laudibus ciborum et in remediis contra venenum Graeci habuerunt, etsi boum venenum est 22, 78.

BURA urbs Achaiae 4, 12. Burae sinu Corinthio devoratae vestigia etiamnum adparent in alto 2, 206. — *Bura* Arabum oppidum 6, 118.

BURCANA, insula prope Cimbros, unde Fabaria et Glaesaria appelletur 4, 97.

BURGUNDIONES Vandilorum pars 4, 99.

BURNISTAE Liburnorum gens 3, 139.

BURNUM castellum Delmatiae 3, 142.

BURSAONENSES gens Hispaniae 3, 24.

BUSELINON quale sit et quem usum habeat in medicina 20, 118.

BUSIRIS urbs Aegypti 5, 64. prope Busirim vicum pyramides tres altissimae 36, 76.

BUSIRITES nomus Aegypti 5, 49.

BUTADAE Sicyonii fictoris inventa 35, 151 seq.

BUTAE Indiae gens 6, 76.

BUTEO accipitrum genus (quod Graeci appellant triorchin 10, 21) in Baliaribus insulis in honore mensarum est 10, 135. buteonibus quid testium vice sit 11, 263. — *Buteonum* familia unde dicta sit 10, 21.

BUTHROTUM colonia in Epiro 4, 4, quantum absit a Corcyra 4, 52.

BUTHYTES, Isidoti opus 34, 78.

BUTOA insula prope Cretam 4, 61.

* BUTORIDAS de pyramidibus scripsit 36, 78 (XXXVI).

BUTOS Aegypti urbs 5, 64. Buticum linum 19, 14.

BUTRIUM Umbrorum urbs 3, 115.

BUTUA colonia prope Epidaurum 3, 144.

BUTUNTINENSES Calabrorum gens 3, 105.

BUTYRUM barbararum gentium lautissimus cibus, qui divites a plebe discernat 28, 133. quid sit 11, 239. unde nomen habeat, quomodo et ex quibus potissimum lactis generibus fiat 28, 133 seq. butyro olei vis et barbari omnes infantesque Romanorum eo unguuntur 11, 239. butyro pacatae quaedam gentes utuntur in conficiendo pane 18, 106. butyrum famem sitimque exiguo gustu sedat 11, 284. butyrum quo magis virus resipit, hoc praestantius iudicatur 28, 134. ex ovillo lacte pinguissimum est *ibid.* quam vim habeat in medicina *ibid.* olei vicem in medicina praestat 28, 160. butyrum alvom solvit 28, 203, auribus prodest 28, 174, item cervicum doloribus 28, 192, coeliacis et dysintericis 28, 205, oris ulceribus 28, 198, parotidas conprimit 28, 177, iuvat exulcerationes purulentas pulmonis pectorisque, item a pulmone graveolentiam halitus 28, 194 seq., tollit inpetus pituitae in facie et vitia serpentia 28, 183, remedio est contra sanguisugas potas et venena et multipedae morsus 28, 160, abolet hominum et iumentorum scabiem 28, 244, prodest sedis vitiis 28, 216, sanat verendorum ulcera 28, 214, purgat et explet ulcera 28, 241, volvas procidentes sistit 28, 252. butyrum infantibus utilissimum, privatim in dentitione et ad gingivas et oris ulcera 28, 257. add. de butyri usu in medicina 22, 124. 24, 63. 28, 165, 233. 29, 37, 39. 30, 28, 112 (butyri ovilli usus in medicina 30, 111 et 118).

BUXENTUM oppidum Lucaniae 3, 72.

BUXI genera 16, 70. ubi plurima

C.

Isidorus homo ditissimus 33, 135. M. Caecilius accusator Calpurnii Bestiae 27, 4. T. Caecilium Dentrem fratremque eius praecipue miratus Ennius propter eos sextum decumum adiecit annalem 7, 101. — * M. *Caecilius* (medicus XXIX) citatur 27, 4 et 29, 85.

P. Licinii CAECINAE praetorii viri pater opio interemptus est 20, 199. Caecina Largus in domo sua ostendebat lotos duas, quae olim fuerunt C. Crassi, sed Neronis incendio exstinctae sunt 17, 5. Caecina Volaterranus eques quadrigarum dominus victoriae nuntias amicis mittebat hirundines 10, 71. eidem dracones emicuerunt de extis laeto prodigio 11, 197. — * *Caecina* de Etrusca disciplina scripsit II.

